

VVIGANDVS HAPPELIUS IVRECONSULTVS MAR-
purgensis.



Vigandus natus est anno Christi millesimo quingentesimo uicesimo tertio. Is à teneris annis linguarum studijs operam dedit, & in Marpurgensi Academia plurimum profecit. In primis autem Hebream linguam sibi familiarem reddidit, ita ut etiam Hebraeus professor omnium ordinum consensu constitutus fuerit. Interea tamen ipse quoque Iurisprudentiae operam dedit, & in ea scientia talis euasit, ut Doctoralia insignia omnium gratulatione adeptus fuerit. Cum hoc modo eruditione luceret, & uitæ integritatem coniunxisset, publicus Iuris interpres in ea Academia constitutus fuit. In ea dignitate Vuigandus etiam hodie anno millesimo quingentesimo sexagesimo quinto existens, Marpurgum suis uirtutibus ornare, atque paßim apud doctos sibi magnum nomen conciliare aſſolet, annum agens quadragesimum tertium. Anon.